



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae  
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros  
distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius  
Coloniae Agrippinae, 1674**

XLVII. Ad Theoph Beatiß. Papæ. Meminit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

**XLVII.** Hieronymus Theophylo Alexandrino Episcopo. Cujus epistola respondet de retinenda veteri & Romana fide, deque zelo profundi Scutariorum.

Batissimo Papæ Theophylo Hieronymus salutem. Meminit beatitudo tua, quod eo tempore, quo nobiscum manebas, nunquam ab officijs meus sermo cestaverit: nec consideraverim, quid tu pro dispensatione tunc faceres, sed quid me facere conyeniret. Et nunc sumptis dignationis tuæ epistolis, fructum aliquem cœpisse video Evangelicæ lectionis. Si enim duri judicis sententiam crebra mulieris inflexit petitio: quanto magis paterna viscera interpellatione sedulâ molliuntur? Quod de canonibus Ecclesiasticis mones, gratias agimus. Quem enim diligit Dominus, corripit; flagellat omnem filium quem recipit. Sed tamen scito, nobis nihil esse antiquius, quam Christi jura servare, nec patrum transire terminos, semperque meminisse Romanam fidem, Apostolico ore laudatam: cuius se esse participem Ecclesia gloriatur. Super nefaria hæresi, quam in multa patientia geris, & putas Ecclesie visceribus incubantes tuâ posse corrigile, multis sanctis displicet: ne dum paucorum pœnitentiam prestat, nutrias audaciam perditorum, & factio robustior fiat.

Vale in Christo,

*Luc. 18.*

*Prov. 3.*  
*Heb. 12.*

*Romanæ  
fides.*

N. 11

48

**XLVIII.**